

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1606

Autre(s) référence(s) : Fauroux 162 / Tabuteau 231

Auteur(s) : Maino de Fougères [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1050-1064]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard confirme l'acte par lequel Maino de Fougères donne à Marmoutier l'église de Savigny-[le-Vieux] qui relevait du duc (de cujus est casamento) et les terres qui en dépendent.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces just., n° 27, p. 30 (extrait).

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°162, p. 351-352.

Dissertation critique

1050 env. - 1064. Cet acte, qui porte les mêmes souscriptions que deux autres donations du duc Guillaume (voir SCRIPTA 1604), doit être daté de la même époque (FAUROUX, p. 351).

Texte établi d'après b

Ad sananda variorum vulnera peccatorum que cum [mortalibus universis tum maxime surrepunt occupatis seculi] negotiis, congruentem bonitas divina pro[vidit elemosynarum] medicinam, ut [que curris terrenorum damna accidunt celestium compensentur] terrenarum largitate facultatum, [et unde] precessit obligatio, [sequatur ab]solatio. Bonum autem elemosinæ [non tantum] abolet mala [verum etiam adauget] merita bona, et quod datur in [a]bolitione delictorum provebit incrementa [virtutum] sic [que studiosus misericordie] duplum lucrum in suam convectat animam, dum et penas variis debitas redimit [et premia virtutibus proposita] conquirit. Hac consideratione permotus, ego Maino, homo militie seculari deditus, et multis peccatis obvolutus, et periculis obsitus et beneficentæ etiam communionis etiamsi non obsecutor idoneus, non tamen penitus oblitus, [decevi, ex] his quæ ab omnium domino immeritus accepi, pauperibus communicare et etiam terrenas opes [in] thesauris cælestibus recondere, et etiam de transitoriis manentia, de carnalibus compar[are] spiritualia, et eosque amicos providere [qui] me in æterna, cum [de]fecero, [recipiant tabernacula ut], quod meis meritis non debetur, aliorum precibus concedatur, fratribus igitur in cænobio Sancti Martini Majorismonasterii Deo serviunt omnipotenti, qui videlicet voluntaria paupertate sublimes mundi divitias abdicantes terrena post habuerunt cælestibus, Christumque, pro nobis factum pauperem, pauperes ipsi spiritu liberis et expeditis sequuntur gressibus. Do ecclesiam quandam juris mei Saviniacum nomine, cum terris et omnibus quæ competunt æcclesiæ, sicut eam Thescelinus

quondam dederat canonicis quibusdam, nulla ullius participatione implicitam, nulla consuetudine aggravatam sed omni exactione liberrimam, omni dominatione æxtranea absolutis [simam] omni postremo calumnia vacantem, favente uxore mea Adelaide, filioque Juthale. Nobilissimus etiam Normannorum comes Willelmus, de cujus est æcclesia illa casamento, donationem hanc liberalitatis suæ munivit auctoramento, istudque preceptum quod de ea scribi feci manu propriæ roboravit signaculo et coram omni curiæ suæ frequentia firmavit, ratumque in perpetuum fore sancivit. Cujus nomen una cum meo et uxoris meæ filiique nostri Juthalis [istic] est pro eternæ auctoritatis subscriptum munimine necnon et aliorum, qui viderunt et audierunt hoc, [adjuncta sunt vocabula] pro testimonii sempiterni tutela, ipsa quoque nostra, [ut] firmitati nichil desit, manibus nostris [exarata sunt ad crucis similitudinem signa. Id nostre] sacrificium elemosinæ, si quis unquam vel apertæ imman[itate] violaret [vel dolose] fraudulentia calumniæ temptaverit evacuare, servosque Dei ab ejus opere et sua quiete litigiis [avocare], gloriosi confessoris Christi Martini cujus incurret dolose offensam experiatur, nisi resipuerit et satisfecerit ultionem, [insuper] convictus injustitiæ, suæque factus impo[s] audaciæ, auri talento pro presumptione multetur, ut non solum injustum lucrum de alieno non assequatur sed etiam justum dampnum de suo patiatur.

+ S. Willelmi comitis Normannorum. S. Willelmi comitis de Mauritonio. S. Nielli vicecomitis. + S. Mainonis de Filgeriis. S. Adelaidis uxoris ejus. S. Juthaldis filii eorum. S. Richardi filii Torestini. S. Rogerii de Monte Gomerici. S. Radulfi Taxonis. S. Gerardi Senescalci. S. Roberti filii Gerorii. S. Hugonis Britonis. S. Tetbaldi filii Bernerii. S. Tudualdi Rufi.